

Domnii atque Anasthasii subtrahere uoluerit, uel quolibet modulo donationem dictam nocere temptauerit (Luc. et Farl. tentaverit) iram omnipotentis Dei Coelorum arbitri salvatoris mundi incurrat, et sanctorum omnium maledictionis uinculo CCCXVIII Patrum insolubiliter denodetur, descendantque super eum et domo sua, sibique consentientibus, decem quas in Egypto habite sunt plage, et lepra Naaman Syri ab iis nunquam recedat, deglutiat eos terra sicut Datan et Abiron, et in novissimo Maranatha litigantibus cum iis sanctorum constantia cum diabolo et ejus horribilibus Angelis, et Juda Iscariote in gehenne barathro munerentur, ubi ignis non exstinguitur, et vermes non moriuntur. Actum est in Biaci, ante fores Ecclesie sancte Marthe Martyris (Luc. et Farl. Martyre) tempore & dimidium, nuper ut fuimus (Farl. fumus). Hoc palam testibus consentientibus, atque subscribentibus, dein ne aboleatur imposterum annulo nostro jussimus in calce signari.

Signum manu mei, qui sum, Muncimiro auctore hujus donationis cartule.

Signum mei Budimiro Jupano Palatino.

„ „ Zellivero Jupano Cleonie.

„ „ Petro Jupano.

„ „ Prisna Maccechario Jupano (Lucius et Farl. Prusna mavechario Jupano).

„ „ Pruadra Jupano Cavallario.

„ „ Zelisto (Luc. et Farl. Zellisbo) Jupano Camerario.

„ „ Zellidedo Jupano Pincernario.

„ „ Boledrago (Farl. Beledrago) Jupano Camerario.

„ „ Budimiro (Farl. Budumiro) Jupano Comitisse.

„ „ Cresamustlo Camerario secundo.

„ „ Stephani filii Budimiri Camerario tertio.

„ „ Zellidrago Maccechario Comitisse.

„ „ Prubitecho filio Petri Jupani.

„ „ Dragasai filii Semicasui (Farl. Drugazai filio Semicarini).

„ „ Tugina Jupano Armigeri.

„ „ Zitallo Superposito Monasteriis.

„ „ Leledrago Jupano Clisse.

„ „ Paulio Linicena (Luc. et Farl. Pacialio Limiresia.)

Sequenti autem die, que est tertio Calendis Octobris, veniens ego sepe fatus Dux in civitate Spalati ante sanctissimorum dictorum Altaria, & privilegii paginulam manu propria inter cetera munuscula, que manus nostre invenire uoluerunt, super sacrosancti Domnii Altario obieci, et donatione predicta mancipata sancti Domnii abii.

Ego Firminus (Farl. Forminus) diaconus & capellanus dicti Ducis, precipiente mihi Domino meo Muncimiro glorioso Duce, coram dictis testibus audita scripsi, & post tradita feliciter compleui.

*Nota transsumptoris in capite Privilegii:*

„Exemplum sumptum ex authentico in membrana cum duobus sigillis pendentibus, apparentibus tamen signis aliorum duorum sigillorum, resistente in Archivio Archiepiscopali Spalatensi.“ Cujus tenor sequitur etc.